



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 68. Nomina Principum Mauritio fœdere junctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

premere inciperet, & quantumvis istud, **Sæcul. XVI.**
 quo Cæsarem debellare decreverat, fa- **A. C. 1552.**
 cinus, ac consilium esset temerarium,
 summa tamen solertia, ac circumspe-
 ctione rem agebat, ne iisdem, in quos
 Joannes Fridericus ejus Patruus, ac
 Landgravius uxoris suæ Pater incide-
 rant, tumultibus, ac calamitatibus
 involveretur. Porro ob hanc taciturnita-
 tem Mauritius non dum evoluto trimestri
 tam validas contraxerat copias, ut Ca-
 rolum V. Priusquam is hostilia illius con-
 silia animadverteret, non sine prospero
 armorum successu invaderè potuerit.

§. LXVIII.

*Nomina Principum Mauritio fœdere
junctorum*

Ceterum Principes Protestantes, qui *Sleid. l. c.*
 Mauritium exercitus Ducem salu-
 tabant, eique se fœdere jungabant,
 erant sequentes I. Joachimus Brande-
 burgicus Elector II. Joannes, & Alber-
 tus itidem Brandenburgici Marchiones,
 quorum primus Joachimi Patruus, al-
 ter vero frater erat III. Fridericus Rhe-
 ni Palatinus Comes IV. Wirtembergæ,
 ac Biponti Duces, V. Henricus, & Jo-
 annes Duces Megalopolitani VI. Erne-
 stus Badensis Marchio præter plures
 alios Comites, Barones, urbesque.

A a 4

Hi .

Sæcul XVI. Hi omnes pecuniarum, ac militum sub-
 C.A. 1552. fidia tam prompte, quam copiose Mau-
 ritio præcipuo hujus fœderis Capiti sub-
 ministrabant, ut ad Mensis Martii exi-
 tum jamjam triginta bellatorum millium
 exercitum in aciem educere possent,
 quæ sane copiæ ad Cæsarem pene in-
 ermem bello invadendum abunde suffi-
 cere videbantur.

§. LXIX.

*Fœderatorum Principum literæ adver-
sus Cæsarem.*

*Thuan. l. 10. pag. 294.
 Sleid. l. 24. p. 886. Et
 seq.* Priusquam Mauritius rem aggredere-
 tur, ex potissimorum Principum
 fœderatorum consilio scriptum quod-
 dam evulgavit adversus Cæsarem, in
 quo hæc exponebat: „Sat manifestum
 „est, quod Cæsar Germaniæ liberta-
 „tem opprimere, ac despotico suo im-
 „perio subiicere moliatur, suam vero
 „familiam non sine gravi Imperii Prin-
 „cipum, urbiumque præjudicium
 „ad supremam Monarchiam e-
 „vehere intendat, id quoque sat aperte
 „ostendit per captivitatem Philippi Haf-
 „siæ Landgravii contra datam fidem
 „detenti, necnon per obstinationem,
 „qua illum libertati reddere constanter
 „recusat. Equidem supremum ejusmo-
 „di imperium a nullo dependens affe-
 „ctat